

3. Rarius, sed tamen aliquando protinus in exordio adhibetur.

(Quando scilicet iræ & indignationis species repræsentatur. Sic Exordium fit per Apostrophen, in Catilin. I. Quousque tandem, Catilina, abutere patientia nostra? quamdiu etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? Sed tamen hinc in Senatu res agitur, ideoque directus sermo ad Patres: Unde Aversio intelligitur, quod subjicit Talaus l. I. o. 23.)

### Exempla promiscua alia.

Jerem. 47. 6. O micro Domini usquequò non quiescit? ingredi in vaginam, tuam, refrigerare & sile!

Jerem. 5. 10. Ascendite viros ejus & dissipate, auferte propagines ejus, quia non sunt Domini.

Esa. 7. 9. 10. Audite universa procul terra. Accingamini & conteramini: accingite vos & conteramini: inite consilium & dissipabitur: loquimini verbum & non fiet: Quia nobiscum (Deus) Immanuel.

Psal. 4. 3. Filii hominum quousque erit gloria mea probrum?

Psal. 27. 13. Credo me visurum bona Domini in terrâ viventium.

14. Expecta Dominum & viriliter age & confortetur cor tuum.

Psal. 42. 4. 6. Dicunt mihi per singulos dies ubi est Deus tuus? Quare tristis es anima mea? Spera in Deo.

Psal. 110. Deus meus es tu, confitebor tibi.

Psal. 114. 3. Mare vidit & fugit, Jordanis conversus est retrorsum. 5. Quid est tibi mare quod fugisti! & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?

Matth. 11. 21. Va tibi Chorazin, va tibi Bethsaida.

Rom. 9. 20. Atqui o homo tu quis es, qui ex adverso respondas Deo!

Rom. 11. 13. Vobis dico gentibus.

Rom. 2. 17. Ecce tu Iudeus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo, &c. 19. Confidis te ipsum esse ducem caecorum, &c.

Bernh.